



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Fredericus Dei Gratia, Etc.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

reticæ labis genimina modis omnibus delectantur. Exterum quia quanto maiora diuina nuntiū misel A rationis accepimus, & altiore locum præ filij hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti. Si quando igitur in nostri nominis contemptores nostri culmine excandescit auctoritas: si eos laſſe maiestatis, in personis eorum & liberorum suorum exhortatione damnamus, multo fortius istiusque contra Dei blasphematores nominis, & catholicæ fidei detraactores, prouocamur: eorundem hæreticorum, receptorum, fautorum, & aduocatorum filiorum hæredes & posteros, vsque ad secundam progeniem, beneficij cunctis temporalibus, publicis officijs, & honoribus, imperiali auctoritate priuantes: vt in paterni memorie criminis, continuo more tabescant: vere scientes quod Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter vlciscens. Nec quidem a misericordia finibus duximus excludendum, vt si qui paterna hæresis non sequaces, latenter patrum perfidiam reuelauerint: quacumque reatus illorum animaduersione plectantur, predictæ punitioni non subiaceat iucentia filiorum. Ad haec notum fieri volumus, Fratres Prædictores de ordine Prædicatorum, pro fidei negotio in partibus imperij nostri contra hæreticos deputatos, certos quoque quia hæreticos indicando accesserint, nisi aliqui corom ab imperio fuerint profecti, eundo, morando, & redeundo, sub nostri Imperij speciali defensione receptos; & quos apud omnes sub opere, ac recommendatione fidelium imperij esse volumus in offensos: vniuersitati vestra manentes, quatenus quo cunque, & apud quemcunq; vestrum peruerentur, benignè recipiatis eisdem: & personas ab incursu hæreticorum eis insidiantium conseruantes indemnes, omnē consilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotijs exequendis. Hæreticos vero, quos & ostenderint ipsi vobis, in iurisdictione vestra singuli capientes, diligenter custodia detinendos, donec post Ecclesiasticae damnationis iudicium, penam subeant, quam merentur: scitur quod in executione ipsius negotij, gratum Deo & laudabile nobis obsequium confereret, si ad expellendam de partibus nostri Imperij nouam & insolitam hæreticæ prauitatis infamiam, opem, & operam, vna cum eisdem Fratribus præstiteritis efficacem. Et se quis foret exinde negligens & remissus, ac etiam inutilis coram Domino, & in compunctu nostro poterit merito culpabilis apparere. Datum Paderborn, xxij. Februarij. xij. Indictione.

## FREDERICVS DEI GRATIA, ETC.

**N**ON CONSULEM tunieam Dei nostri dissuere conantur hæretici, & vocabuli virtutio fernientes, quod significacionem diuisionis enuntiat, in ipsius indiuisibilis fiduciavitate nituntur inducere sectionem, & oves à Petri custodia, cui pascenda à pastore bono sunt creditæ, segregare. His sunt lupi rapaces intrinsecus eo usque manducundinem prætendentis ouium, quo usq; ouile possint subintrare Dominicum. His sunt angeli pessimi. His sunt filii prauitatum, à patre nequitiae, & fraudis auctore, ad animas simplices destinati. His columbri, qui columbas decipiunt. His serpentes, qui latenter videntur inserpere, & sub mellis dulcedine virus euomere: vt vita eibum ministrare se stimulent, à cauda feriunt: & mortis poculum velut quoddam dirissimum venenum imminiscant. Horum secta: veteribus: vel ne in publicum prodeant: non sunt notatae nominibus: vel quod est forte nefandius: non contenta, vt vel ab Arrio Arriani, vel à Nestorio Nestoriani, aut à similibus similes nuncupantur: sed in exemplum martyrum, qui pro fide catholica martyria subierunt, Patarenos se nominant, velut expositos passioni. Huiusmodi miseri Patareni, à quibus abest sancta credulitas diuinitatis æternæ, sub uno eorum textu nequitiae insimul tres offendunt: Deum videlicet, proximos, & seipso: Deum, dum Dei fidem & filium non agnoscunt. Decipiunt proximos, dum ipsis sub spe spiritualis alimonie, hæretici prauitatis oblectamenta ministrant: crudelius etiam saeuunt in se ipsis, dum post animarum dilectionem, corpora denique secura mortis illecebris, quam per agnitionem veram & vera fidei possent euadere, vita prodigi, & necis improvidi sectatores inuoluntur: (quod est ipso dictu durissimum) superstites etiam non terrentur exemplo. Contra tales sibi Deo & hominibus sic infestos, contumere non possumus motus nostros, quin debita vltionis in eos gladium exeramus: tanto ipsis instantius persequeentes, quanto in euidentiorem delusionem fidei Christianæ, prope Romanam Ecclesiam, quia caput ecclesiarum omnium iudicatur, superstitionis sua sceleris latius exercere noscuntur. Adeo quod ab Italæ finibus, præfertim à partibus Lombardiaæ, in quibus pro certo perpendiculariter ipsis nequitiam latius abundare, iamque usque ad regnum nostrum Siciliæ, sua perfidie riulos deriuarunt. Quod acerbissimum reputantes: Statuimus in primis, vt crimen hæretico, & damnata secta cuiuslibet, quo cunque nomine censcantur sectatores, (prout veteribus legibus est indicatum) inter publica crimina numerentur: immo crimen laſſe maiestatis nostræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ maiestatis iniuriam noscitur attentatum, quamvis iudicij potestate, alterum alteri non excellat. Nam sicut perduellionis crimen personas admittit damnorum, & bona, & damnat post obitum memoriam defunctorum: sic & in predicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obseruari. Et ut ipsis nequitia, qui quia Dominum non sequuntur in tenebris ambulant, detegatur: nemine etiam deferente, inuestigari volumus diligenter huiusmodi scelerum patratores, & per officiales nostros, sicut & alios malefactores inquinare. Inqui-

# Officio Sanctissimæ Inquisitionis.

15

A Inquisitione notatos, et si leuis superstitionis argumento tangantur, à viris Ecclesiasticis, & prælatis examinari iubemus. Per quos si inuenti fuerint a fide catholica saltem in articulo deuiare, ac per ipsos pastor ali more commoniti, tenebrosi diaboli reliquias insidijs, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepta instantia perseuerent, præsentis nostra legis editio damnatos, mortem pati Patarenos, aliosque hæreticos quoque nomine censeatur, decernimus, quam affectant: ut viii in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi iudicio. Nec dolemus quod in hoc ipsorum fati facimus voluntati, ex quo poenam solummodo, nec fructum alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat: quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito conuertemus. Datum Padua xxii. Februario, xij. Indictione.

IMPERATOR FREDERICVS  
semper Augustus, &c.

**R**ATARENORVM receptatores, & complices, & quoque modo fautores, qui ut à pena alios possint eximere, de se uelut improvidi non formidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus. Et iporum filij ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum huiusmodi detexerit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei premium quam agnouit, famæ pristinae de imperiali clementia, restitutionis beneficium in integrum consequatur.

INCIPIVNT CAPITVLA CONSTITVTIONIS  
contra Patarenos edita per dominum Fredericum, illustrem virum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusalem, & Siciliæ regem.

**C**ATAROS, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circuncisos, Passaginos, Iosepinos, Caratenfes, Albenfes, Prancifcos, Baguarois Commixtos, Vvaldenfes Roncarolos, Communculus, Varinos, & Ortholenos, cum illis de Aquanigra: & omnes hæreticos vtriusque sexus quoque nomine censeatur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes ut bona talium confiscetur, nec ad eos ulterius reuertantur: ita quod filii eorum ad successionem peruenire non possint, cum longe sit grauius aeternam, quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum Ecclesie, iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque persona, propriæ innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur; ita quod si per annum permanserint, ex tunc eos sicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc editio in perpetuum validu, ut Potestates, & Consules, seu Rectores, quibuscumque fungantur officijs, pro defensione fidei præstent publicum iuramentum, quod de terris sua ditioni subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quodammodo quandocunque quis fuerit, in perpetuam Potestatem, vel tempore assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioquin neque pro Potestatis, neque pro consulibus, seu consimilibus habentur: eorumque sententias ex tunc decernimus inutiles & inaneas. Si vero dominus temporalis requirit us & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretico prauitate, post annum a tempore monitoris clapsum, terram ipsius exponimus catholicis occupandam: qui cam, exterminatis hæreticis, absque villa contradictione possident, & in fidei puritate conseruent: salvo iure domini temporalis: dummodo super hoc nullum præstet obstatulum, nec aliquid impedimentum apponat: eadem nihilominus lege feruata, contra eos qui non habent domini principales. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum bannimus. Statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacer contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, & ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos huiusmodi, nec ad testimoniū admittatur. Sit etiam intestabilis, ut nec testamenti liberam habeant factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus ei præterea super quoque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causa aliqua ad eius audientiam perferatur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius instrumenta confecta per manu ipsius nullius penitus finit momenti. Adiçimus insuper, quod eius per hæreticū coniuncti possit: & quod domus Patarenorum, receptatorum, & defensorum, & fautorum, siue vbi docuerint, siue vbi alijs manus imposuerint, destruantur, nullo tempore restituenda. Datum Padua, xxij. Februario, xij. Indictione.

REX regi, Apostolatis a fide catholica penitus excramus, insequimur ultionibus, bonis suis omnibus imploramus. Et ut a professione vel vita naufragantes legibus coarctamus. Successiones tollimus, ab eius domine ius legitimum abdicamus. Dat. Assisi xj. Cal. Iunij, Pöfificatus nostri anno yndecimo:

I N-